Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nolite dicere inquit diuinus ieremias. templum dni
templum. d. t. d. est. et tu ne dicas quia nuda fides.
quia ei unigenitus filius xpi potest me saluare.
Impossibile est enim hoc. si et caritatem meam per opa
non possederis. Solum est credere quod prodest. quia idem
onus credere et timere est.

Opus dilectionis est beneficium ad premium ex dispositione. et longanimitas et patientia. Iam recta ratione uti omnibus rebus.

Qui diligit dm non contristat neque contristatur ad aliquem per tribulationem. Ipse uero tristitia et tristatur saluari. quia beatus paulus et tristatus est. et tristauit corinthios.

Qui diligit dm angelica uita uiuit super terram. ieiunans et uigilans. et psallens et orans. et de omni homine semper bona cogitans.

Siquid aliquis concupiscit. et hoc adipisci certat. Omnibus enim bonis concupiscibilibus diuinum est melius concupiscibilius sine separatione. Quantum quidem studium debemus ostendere. ut hoc natura bonum et concupiscibile adipiscamur.

Ne polluas carnem tuam uiturpibus actionibus et ne ora